

Sigismundus primus rex Po:
lonia, Ludovico Hungaria et Bo:
hemie regi.

109

Serenissime etc. Retulimus ad consiliarios
nostros, ut nos facturos maiestati vestre du:
dum scripsimus, hoc quod à nobis postula:
vit de induciis cum illustri domino magi:
stro Prussia prorogandis. Non visum est
singulatim omnibus ut id faciamus, cum
experientia didicerimus eiusmodi inducias
non alio fieri, quam ad vires instauran:
das et bellum acius restituendum. Nos eti:
am ex his, que per hoc tempus ipse do:
minus magister Prussia quesivit et mo:
litus est adversus nos apud omnes vic:
nos principes, non intelligimus quod alio
animo nobiscum inducias produceret, quam
ut interim se disponere ad bellum posset,
nulla enim ea se pacis et concordie indicia
prebet. Utunque est, cum nunc ea potis:
simam causa universum regnum nostrum
ad bellum movimus, et castra in Russia
metemur, ut maiestati vestre, si que illi
necessitas ingrueret, adesse possemus, illic
omnibus regnicolis simul existentibus inge:
remus adhuc hoc ipsum negotium induci:
arum, et si quid aliud illis visum fue:
rit, vestre maiestati posthac significabimus.

Lue

Quae felicissime valeat et nos diligat. Dar
Jan. 1524.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Jan